UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Flavii Philostrati quae supersunt

### Philostratus, Flavius

### Turici, 1844

Einleitung

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-5613

Visual Library

# PROOEMIUM.

Iniquius quidam VV. DD. de his epistolis judicarunt, quum argutiarum ineptiarumque plenas, nec lectu valde dignas esse pronunciavere, quas qui tractabit animo non occupato, facile sentiet, multum iis inesse ingenii, leporis, elegantiae, ac plerasque compositas esse epigrammatum modo in acumen exeuntes novitate decorum.[1] Ipse scriptor talia ludebat[2] atque videtur poetas elegiacos bene cognitos habuisse nec raro expressisse,[3] ut postea, ni fallor, has epistolas respexit in pangendis epigrammatis Paulus Silentiarius.[4] Aequalibus certe ista sylloge non displicuit, quae quidem, si quid video, bis in publicam lucem est emissa. Utraque in libris manuscriptis deprehenditur editio. Prior ab altera valde discrepat; illam Nostrum in dulci juventa condidisse dixeris, hanc refinxisse, cum aetate jam provectior esset, qua juvenilis animi sensus deferbuerant. Illa vividior est, brevior et concisior; haec magis contemplativa, diffusior et verbosior; illa multum in exemplis ex vita ex historia et mythologia petitis versatur et plura habet *μελέτῃ* accommodata, haec passim *γνώμας* adspersit, magisque accedit ad *διάλεξιν*.[5] Ea differentia augetur lectionis perpetuo discrimine; priorem enim editionem ii exhibent codices, qui plerumque meliora praebent, alteram, qui paene ubique pejora. Etiam ordo epistolarum plane alius utrobique et ipsa inscriptio: in codicibus praestantissimis invenimus titulum *Φιλοστράτου Ἀθηναίου ἐπιστολαί*, in deterioribus *Φιλοστράτου ἐπιστολαὶ ἐρωτικαί*.[6] Videtur inde consequi, scriptorem, cum Athenis sophisticam profiteretur,[7] adjecisse propterea hoc nomen gentile, quo, quum Lemno esset oriundus, ab aliis cognominibus distingueretur; quod autem postea, cum tantopere inclaruisset, summamque Juliae Augustae gratiam obtinuisset, addi jam non erat opus.

[1]) Ut 1, 2, 4, 6, 9, 11, 13, 20, 23, 25, 26, 28, 30, 31, 33, 35, 37, 39, 40, 42, 44, 45, 46, 47, 49, 52, 56, 59, 60, 63, 64, 66, 67, 71, 73.

[2]) Exemplum est epigramma in imaginem Telephi, quod *Εἰκόνων* volumen claudit. Etiam Suidas ejus *ἐπιγράμματα* laudat.

[3]) Inprimis Meleagrum cf. Anth. Pal. XII, 133. V, 171, 143 ad 2, 30, 33, praeterea Platonem V, 79 ad 62, Maecium V, 117 ad 13, Dioscoridem V, 56 ad 11, Rufinum V, 15 ad 34, et V, 74 ad 55, incertorum V, 142 ad 1, V, 91 ad 2. Etiam Menandreae imitationis non rara sunt vestigia, quae indicavit V. Cl. Meineke ad Menandr. ed. 1. p. 59, 106, 137. ed. 2. p. 131, 186, 192.

[4]) Adhibeatur V, 266 ad 10, V, 288 ad 21, V, 270 ad 22, V, 258 ad 51.

[5]) cf. maxime ep. 7, 21, 27, 28, 29, 37, 38, 39.

[6]) Sic etiam p et u inscribuntur, boni quidem libri, sed saepius cum secunda familia facientes. Ottobonianus 90 eundem titulum prae se ferens mihi ex Emperii tantum indicio notus est, (ed. Dion. p. 793.) qui chartaceum saec. XVmi esse refert; itaque non licet affirmare, utrum cum illis codd. an cum altera familia congruat.

[7]) cf. Suid. v. *Φιλόστρατος*.

Auctorum, qui epistolas aut expresserunt aut tetigerunt, brevior est index, quem quidem ego conscribere potuerim. Aristaenetus [1]) et Isidorus Pelusiota [2]) vestigia produnt suae lectionis; incerta res est de Himerio; [3]) praeterea Proclus de scriptione epistolarum ex illa, quae vulgo adhaeret his epistolis, disputatione nonnihil excerpsit,[4]) etiam anonymus grammaticus in cod. Parisino 1630 locum ex ep. 18 affert.[5]) Suidas laudat ἐπιστολὰς ἐρωτικάς, unde liquet, eum aut secundae familiae librum aut Parisino 1696 similem ante oculos habuisse, nil tamen, quod sciam, ex iis profert. De Paulo Silentiario jam supra egi.[6])

Potior librorum familia (1) in tria genera discedit: optimum constat ex Vaticano 140 (R), eodem, quo in Vitis Sophistarum usus sum,[7]) Vaticano 87 (r), quem etiam in Heroico adhibui,[8]) Urbinate [9]) 127 (U), et Vindobonensi 331 (v), olim integro,[10]) nunc mutilo in principio et fine. In Vaticanis libris insunt quinquaginta octo primae epistolae. Praeterea laudandi sunt Parisinus 2885 ($\pi$), saeculi XVImi ineuntis,[11]) chartaceus, ut Palatinus 122 [12]) et Cantabrigiensis 6697 (c), item chartaceus nec multo antiquior. [13]) Parisinus et Cantabrigiensis desinunt in media epistola quadragesima septima (359, 1.) Palatinus jam in fine quadragesimae sextae; bonitate lectionis parum cedunt libris vetustioribus. Sequitur alterum genus constans Parisino 1696 (p), descripto inde Urbinate 110 (u) et Urbinate 134 (u$\beta$), qui jam consentiunt hic illic cum familia minus probata,[14]) attamen etiam recipienda habent complura soli. Neutra cum familia hi in ordine episto-

[1]) cf. not. ad 356, 12.

[2]) cf. not. ad 353, 2.

[3]) Siquidem non aliunde repetendum, quod dicit Ecl. 10. τὰς κοινότητας τῶν ὑποθέσεων ἰδίας αἱ μεταχειρίσεις ἐργάζονται. cf. 365, 5.

[4]) cf. Boiss. not. ad Ep. 1. p. 52.

[5]) cf. eundem ad Aristaenet. p. 743.

[6]) cf. not. I, 4.

[7]) Hujus usum Boissonadi editioni debeo, partim etiam Th. Heysii schedis.

[8]) Collatus est a Th. Heysio. Vitiosissimum habet Olearius ad ep. 42. p. 932 (119. ed. Boiss.)

[9]) Urbinas, in quo praeterea sunt Libanii epistolae, easdem habet epistolas atque R et r, deinde ex alio fonte minus bono supplet epp. 59—64, additque denuo, sed ex secunda familia ep. 5. Eas contulit Heysius, in ceteris antiquiorum librorum auctoritate contentus eram. Codex a Mich. Apostole exaratus est, qui margini varietatem alterius sectae adscripsit.

[10]) Vindobonensis collationem nuperrime accepi, dum jam plagulas emendo, a docto juvene H. E. Poeschl. Desunt ab initio 27 epistolae, et abrumpitur oratio p. 361, 6 in verbis πόλιν μὴ.

[11]) Varietatem h. l. integram edidit Boissonadus.

[12]) Commemoratur a T. Hemsterhus. ad Luc. D. D. 19, 1. In eo sunt etiam Aesopi fabulae et sententiae philosophorum.

[13]) Selectam ejus varietatem communicavit mecum V. humanissimus J. Scholefield.

[14]) Ex his Parisinum jam saepius tetigi. Urbinatem 110 noverat Ol. ignotus ei manserat Urbinas 134, (saec. XVmi, chartaceus). Inde, ut ex altero Urb. enotavit mihi lectionis varietatem epp. 7, 8, 20, 25, 26, 27. Th. Heysius. Codd. p et u, quibuscum in lectione plerumque congruit u$\beta$, communia cum fam. 2 haec habent: 344, 4, 10. 346, 19. 347, 12. 348, 11, 13, 19. 349, 13, 20. 351, 2, 4, 7, 8, 14. 354, 4, 8. 355, 10. 356, 5. 357, 12 et praeferenda haec 345, 13, 16. 346 7, 14. 347, 17, 26. 348, 15. 349, 5. 355, 5, 19. 356, 5, soli vero praebent bonas lectiones 345, 21. 346, 19. 349, 4, 8, 10. 350, 17. 351, 3, 9, 10, 11, 17. 352, 11. 355, 16. 357, 16. Praeterea recepit Boissonadus ex p 348, 21. 349, 22. 352, 9. 353, 1. 354, 1. Qui hunc librum scribendum curavit sive archetypum, nonnunquam ex deliciis fecit amasiam. cf. 345, 15. 352, 3.

larum faciunt,[1]) nec inter se congruunt uβ et p, u, et differunt eo quoque, quod carent in p, u titulis epistolae, qui non desiderantur in uβ. Numerus paene idem est: p (u) habet primas quadraginta, uβ undequadraginta epistolas.[2]) Tertium denique genus complectitur libros inter se simillimos[3]) Palatinum 155, Coislinianos 321 et 352, ac Vaticanum 997 nunc deperditum. Magis etiam, quam alterum, quocum saepe conspirat,[4]) ad secundam descendit familiam,[5]) insunt autem nonnisi duodecim epistolae, quae lectionem et ordinem meliorum sequuntur; discretae ab his tredecim[6]) exstant in eisdem codicibus, lectione et quodammodo etiam ordine cum altera secta congruentes, quibus praefigitur titulus *Φιλοστράτου ἐπιστολαὶ ἑταιρικαί*, ea pars est etiam in Parisino 1657 (d), saeculi XVmi chartaceo.

Secunda familia in codicibus integris habet quinquaginta tres epistolas, earum sex desunt in meliore, quae contra undecim offert in ista non exstantes. Eam ducit[7]) Vaticanus 96 (ϱ), quo recentiores, sed non multum diversi sunt Laurentiani LV, 7 et LVIII, 16 (fa, fb), Lugdunensis 76 (l) et, qui duodecim ultimis caret epistolis, Parisinus 3026, denique scriptus a Constantino Lascaride Matritensis 63,[8]) a quo absunt octo in fine epistolae. Delectus tantum viginti et trium epistolarum est in Barocciano 50 (b), saec. XImi, membranaceo,[9]) indocti quidem librarii manu scripto, sed non plane carente bonis lectionibus.[10]) Eum passim emendavit quidam ex codice optimi generis potioris familiae, quo factum, ut codex utrisque libris accensendus sit. Correctum significavi littera β. Excerpta multa sunt in Palatino 129 (h), saepius hanc familiam referentia quam alteram.[11])

[1]) Heysius mecum communicavit ordinem epp. in utroque Urbinate obvium.

[2]) Nisi Heysium fugerit ep. 51 in uβ, ea enim sola est, quam secundum illius indicem uβ non habet, ceterae eaedem sunt. Ordo in uβ hic deprehenditur: 1, 3, 2, 5, 8, 9, 10, 12, 13, 14, 21, 22, 25, 32, 26, 30, 18, 36, 38, 4, 6, 7, 11, 15, 16, 17, 19, 20, 23, 24, 27, 28, 29, 31, 33, 34, 35, 37, 39. Hos numeros cum ordine, quem nos sequimur, comparabis.

[3]) Pro uno in epistolis habere licet, itaque una littera γ eos signavi. Ipse accurate excussi Palatinum nitidissimum librum membranaceum saec. XVmi; Coislinianum 352, saec. XIII, Boissonadus, qui alterius XVmo saec. scripti rationem non habuit, quippe plane cum illo consentientis. De Vaticano ceteris praestante multitudine operum, quae eo continebantur (vide catalogue des manuscrits laissés par feu M. J. F. Bast. p. 7.) mira narrat jucundissime Jacobsius in Praef. ad Ael. de N. A. p. XIV.

[4]) Vide 355, 2, 5, 10, 19, 20. 356, 5, 16. 357. 10, 12.

[5]) Ut 355, 10, 12, 14. 356, 2, 5, 6, 10. 357, 1, 4, 12, 17.

[6]) Immo quatuordecim, sed undecimus jam in altera parte legitur, multo quidem brevior. cf. tabulae I, II.

[7]) De Vaticano egi in Praef. ed. pecul. V. S. XIII, sqq. Laurentianorum specimen suffecit primae ep. varietas; Parisini cognitionem Boissonadianae editioni debemus; Lugdunensis multas lectiones suppeditavit mihi H. de Hoff. discipulus quondam meus, qui optime meritus est de tota hac opera Philostratea.

[8]) Hi duo compluribus locis deficiunt, eaeque lacunae transierunt in veteres editiones cf. not. IV, 7.

[9]) Idem est, unde Cramer (Anecd. Oxon. Vol. II.) Theognosti canones et Choerobosci orthographiam edidit. Epistolae hoc ordine ibi leguntur: 1, 2, 3, 54, 46, 20, 9, 55, 17, 63, 4, 21, 27, 22, 5, 47, 48, 6, 7, 23, 8, 28, 11. Duas hujus codicis nactus sum collationes, alteram H. Liddellii benignitate, alteram J. Grabhamii, qui Bentleianam ex margine ed. Morell. descripsit.

[10]) Quaedam ei cum libris 1 sunt communia, ut 343, 1, 13. 344, 3, 4. 345, 7. Ad veram lectionem ducunt, quae habet 345, 22. 346, 1. 362, 20.

[11]) Sumta sunt ex 3, 1, 17, 5, 27, 7, 8, 29, 56, 10, 13, atque haec omnia in margine fol. 52 adscripta sunt. Mire confudit epitomator epp. 29 et 56: *πρὶν ἔρωτα ἐλθεῖν εἰς γῆν, μόνον τὸν ἥλιον οἶδεν ἡ ψυχὴ καλὸν* (cf. 354,

Utraque secta complectitur amatorias tantum litteras, exceptis tribus brevissimis, quae irrepsere in meliorem, codicillorum illae instar habendae. Talia sunt praeterea octo epistolia 65—72, quae una cum 40—45, 49, 51, 52 et dissertatiuncula de stilo epistolarum (I, p. 364.) Laurent. LIX, 30 (φ) habet saec. XIIImi chartaceus. Ea, exceptis 51, 52 Constantinus Lascaris in suo apographo cum epistolis secundae familiae conjunxit, adjecit autem ex archetypo nunc deperdito epistolam ad Juliam (ep. 73), quae nisi in Matritensi libro nusquam amplius reperitur. Hoc ipsum Lascaridis exemplum videtur ab Aldo in editione Epistolarum Graecanicarum adhibitum esse.[1]) Suspicor aut in eo ipso aut in codice, unde descriptum est, excidisse ultimum folium epp. 50—53, (ex ordine familiae secundae, quem hoc loco sequor) et antepenultimum, (epp. 42—44.)[2]) servatumque fuisse dimidium penultimum, inferiore ejus parte abscissa, in qua legebatur ep. 47, et fortasse in tergo 50, dimidiatum autem hoc folium, in quo erant epp. 45, 46 et 48, 49, irrepsisse ante ep. 38. Vix aliter explicueris ordinem Aldinae, in qua 37 primae ex familia secunda epistolae eandem, atque illa, seriem tenent, et ut illic inscribuntur *Φιλοστράτου ἐπιστολαὶ ἐρωτικαί*,[3]) at praecedunt *Ἐπιστολαὶ Φιλοστράτου* vulgato in editionibus ordine usque ad duodevicesimam, deinde huc aberraverunt epp. 45, 46, 48, 49, et sequuntur 38, 39, 40, 41,[4]) eae quoque una cum illis ex suo loco in alienum delatae. Cum Aldina[5]) Genevensis s. Commeliniana 1606, (Cujacio perperam tributa,[6]) et Morelliana 1608 conspirant numero et ordine[7]) epistolarum; successit Meursius, qui 1616 has epistolas edidit ex Lugdunensi auctas, unde adjectae sunt, quae ibi numerantur 42, 43, 44, 47, 50, 51, 52.[8]) Olearius denique ex Vaticanis libris epistolia, ibi inter 50 et 54 collocata in fine syllogae suae posuit.

10.) *καὶ τὰς τοῦ παντὸς περιόδους* (cf. 360, 23) *καὶ τὸ σκέμμα ἐδόκει χαριέστατον* (cf. ib. 24.) *τὰ τοιαῦτα πολυπραγμονεῖν* (cf. ib. 23.) *καὶ συντρέχειν ἡλίῳ* (cf. ib. 24.) *καὶ συγκινδυνεύειν φθινούσῃ* (h. e. *σελήνῃ*.), *συνήδεσθαι δὲ πληρουμένῃ, συμπλανᾶσθαι δὲ τῷ τῶν πλανωμένων χορῷ καὶ μηδὲν ἀβατὸν μηδὲ ἀθέατον τῶν ὑπὲρ γῆν μυστηρίων καταλιμπάνειν.* In fol. 68, b. leguntur nonnulla ex 3, 24, 25, 13. Veram hinc lectionem duxi 348, 21 jam ab Ol. cōnjectura inventam.

[1]) Lectiones quoque aliquot ab Iriarto indicatae eo ducunt, ut 358, 13 *ἀπυρίνους*, 361, 31 *ὁλινοῦς*, et 349, 9 *ἔαρ καὶ κάλλος ῥόδων*.

[2]) Sunt in nostro ordine 38, 19, 39, 64; epp. 42—44 respondent nostris 61, 34, 63, ep. 47 nostrae 36; deinde 45, 46, 48, 49 sunt 14, 35, 37, 18.

[3]) In Aldina legimus ea verba sic composita: *Φιλοστράτου ἐπιστολαὶ Ἐρωτικαὶ Μειρακίῳ*. Inde ridicule fecit editor Genevensis: *Φιλοστράτου ἐπιστολαί. Ἔρωτι καὶ Μειρακίῳ*, quod propagavere Morellius et Olearius, qui ambo omisso titulo *Φιλοστράτου ἐπιστολαὶ* vicesimae septimae apud ipsos epistolae praefixerunt inscriptionem *Ἔρωτι καὶ μειρακίῳ*. cf. Boiss. ad h. ep. p. 94.

[4]) Apud nos 60, 33, 32, 16. In ψ ultimum locum habent, is enim exit in ep. 41, quae etiam in Aldina extrema est *Ἐπιστολῶν Φιλοστράτου* ante *Φιλ. ἐπιστολὰς ἐρωτικάς*.

[5]) Prodiit Venetiis 1499, forma quarta. Titulus est *Ἐπιστολαὶ διαφόρων φιλοσόφων· ῥητόρων. σοφιστῶν* etc.

[6]) cf. Boissonad. ad Theoph. Simocat. praef. XXXIII.

[7]) Etiam lacunae in ep. 16 inde a 349, 3 (*ἥκουσά γε*) et ep. 32 inde a 355, 5 (*τὸ ἔκπωμα*) et 7 inde a 345, 10 (*καὶ τί δεῖ*) ante Meursianam editionem fuerunt, quae in ψ quoque atque haud dubie in Matritensi 63 reperiuntur.

[8]) Easdem Kimedoncius editurus erat ex Palatinis libris 122 et 155, illinc ep. 19 nostri ordinis, hinc epp. 61, 62, 64, utrinque 34, 36, 38, 39. Ipse de hoc augmento agens ait: »epistolae 64, 65, 66, 67« (ex serie ab Olearii servata, nostro autem ordine 61, 34, 62, 36.) „jam primum e codice Palatinae bibliothecae descriptae lucem vident, in quibus non pauca correximus. Hoc autem loco« (dicit 355, 27, ubi nos fugit lectio codicis Pal. 155).

Poteram traditum ab editoribus ordinem servare, quod fecit egregius vir, cui praeclaram epistolarum editionem debemus, J. F. Boissonadus, malui tamen ab eo digredi, ut paterent utriusque recensionis propria. Propterea oportuit exhiberi seriem, quae melioris est familiae atque in tabula II eam proponi, quae ex libris 2 in editiones maximam partem transiit;[1] additamenta autem, quibus haec altera secta locupletata est, in marginem rejici, sejungi etiam quam maxime licebat, lectiones utriusque familiae,[2] ac non utrinque mixtum repraesentari contextum. Separavi ab epistolis, quae vulgo prima est, *Ἀσπασίᾳ* sive *Ἀσπασίῳ* inscripta, non quo putarem junioris esse Philostrati atque illam ipsam, de qua Noster agit in extremis Vitis Sophistarum — nam haec similitudo speciosa magis quam vera est,[3] nec debuit VV. DD. fallere — sed quia male pro epistola haberi sentio, conjunxique ideo cum hac alteram de natura et lege dissertationem, *διαλέξεων* inscriptionem praefixurus, nisi certa testimonia deessent, quibus eas ad illud corpus[4] pertinere intelligeremus. Prior illa disputatio de epistolarum scriptione in multis codicibus[5] legitur, ex quibus maxime secutus sum φ; ceteri, quos usurpare licuit, Parisinus 1696 (P), Parisinus 2551 (p), Bodlejanus 2290 (b), Darmstadinus (d), Vindobonensis 250 theol. (v), plerumque inter se consentiunt, altera nonnisi in Parisino 1696 (p) et Urbinate 110 (u) exstat; ex recentiore libro primus in lucem emisit Olearius (Praef. Epp. p. 912 sqq.) correctam nuper dedit ex p Boissonadus (Praef. IX sqq.) Scholia Epistolis desunt, quippe quae parum aptae essent scholasticae lectioni. Eorum in locum cedant aliquot Jodoci Kimedoncii notae, quas mihi descripsit ex cod. Harlejano 5380 V. D. Jo. Grabham. Adolescenti litteris olim praematura morte erepto, qui et ipse edendi hujus scriptoris consilium ceperat,[6] hoc monumenti debetur. Fasciculum to-

»pro *στρυῶν* legendum puto *ὀσφύων* et in deliciis habebatur ea mulier, quae, ut ait Simonides *βαθύκευλος* (sic) esset.« Huc refer epistolam Jungermanni ad Putschium apud Ol. Praef. IX, quam iterum respicit in Prooemio Epistolarum p. 911.

[1]) Quum melior familia in ep. 58 finiatur, ordinem inde secutus sum Urbinatis 127 usque ad ep. 64, deinde Laurentiani LIX, 30, usque ad ep. 72. Agmen claudit ep. 73, quam nullus superstes codex praeter Matritensem praebet; huic subjunxi duas dissertationes, de quibus vide quae infra monui. Epistola 59 in edd. emendatior legitur, quam in codd., ut suspicio nascatur Lascaridem hîc aut libro meliore aut ingenio usum esse.

[2]) Ex deteriore haec fere recepi: 343, 11. 345, 13, 16. 349, 13. 351, 12, 18. 352, 8. 355, 7, 12. 356, 23. 357, 12, 16, 17. 358, 22. 359, 5. 360, 6. Omitto hic, quae illa cum p communia habet, cf. not. II, 14.

[3]) cf. 275, 4. Verba illic sunt: *ἡ δὲ ξυγγεγραμμένη ἐπιστολὴ τῷ Φιλοστράτῳ περὶ τοῦ πῶς χρὴ ἐπιστέλλειν πρὸς τὸν Ἀσπάσιον τείνει, ἐπειδὴ παρελθὼν ἐς τὰς βασιλείους ἐπιστολὰς τὰς μὲν ἀγωνιστικώτερον τοῦ δέοντος ἐπέστελλε, τὰς δὲ οὐ σαφῶς, ὧν οὐδέτερον βασιλεῖ πρέπον, αὐτοκράτωρ γὰρ δή, ὁπότε ἐπιστέλλοι, οὐ δεῖ ἐνθυμημάτων οὐδ' ἐπιχειρημάτων, ἀλλὰ δόξης, οὐδ' αὖ ἀσαφείας, ἐπειδὴ νόμους φθέγγεται, σαφήνεια δὲ ἑρμηνεὺς νόμου.* Hic vero nulla mentio argumentorum, quae in epistola imperatoria non adhibenda sint, et rediens istud *ἀγωνιστικώτερον* hîc ad periodos spectat, quarum usus ab epistolis alienus esse dicitur, nec quae de *σαφηνείᾳ*, ut legum interprete, illic leguntur, cum his praeceptis consentiunt, quibus postulatur, ut *κοινὰ καινῶς, καινὰ κοινῶς* eloquamur.

[4]) *Διαλέξεις* scripsit Philostratus teste Suida, ipseque citare quandam in V. A. 126, 29 videtur.

[5]) Neglexi imprudens Parisinos 2775 et 2847. Delituerat in scriniis meis varietas enotata Laur. Pl. LXXXVII, 14, quum typis haec particula expressa est; repertam nunc promo: 364, 27 habet *ἐπέστειλεν*. ib. *πρέποντος ἐπιστολικῷ χαρακτῆρι*. 29. *μὴ ἐκπίπτειν*. 30. *ἐν ἐπιστολαῖς*. 32. *εἰς ἄλλην ἠχὼ πᾶσαν στενὴ οὖσα*. 365, 1. *τοὺς κύκλους*, et *ἐπὶ τελευτῇ*. 2. *δέοι τὰ ἐπεσταλμένα*. 3. *δεόμενοι ξυγχωροῦντες*. 4. praebet *ἐρῶντες* pro vulg. *ἐρωτῶντες*, quam notare omisi. ib. *ἦν σ. ἑρμηνεύσωμεν καὶ ἔξω εὐθελείας* (sic). In ceteris cum nostra recensione consentit.

[6]) cf. Praef.

tum effundere nolui, quum inessent, quae hodie proferre verebar; in iis, quae recepi, lectores deprehendent animadversiones et correctiones haud spernendas. Huetii pauca quaedam Millerus olim mecum communicavit; at eas jam Boissonadus exhibuit in editione sua, quae et Olearii refert annotationem et ex amplissima viri summi lectione passim novum lumen his epistolis affundit, nec iis solum, sed plurimis aliis operibus Graece conscriptis. Inde repetii, quae ab hoc libello non essent aliena.

Adjeci tres tabulas, unde cognosceretur numeratio epistolarum in diversis codicibus editionibusque diversa: prima monstrat rationem, quae optimis melioris familiae libris intercedit cum reliquis; secunda eam, quae alteri sectae cum praestantioribus codicibus; in tertia componitur noster ordo cum Oleariano, quem ceteris quoque tabulis inserui; ejus ope lectores invenient numeros epistolarum in nostra editione.

## I.

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| R, r, $\pi$, c. | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 25 |
| p, u. | 21 | 22 | 1 | 2 | 36 | 23 | 24 | 5 | 29 | 31 | 25 | 20 | 37 | 40 | 39 | 32 | 7 | 35 | 9 | 26 | 3 | 4 | 27 | 30 | 17 |
| $\gamma$. | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — |
| 2. | 3 | 4 | 1 | 11 | 15 | 17 | 18 | 20 | 7 | 24 | 22 | 25 | 33 | 45 | 37 | 41 | 9 | 49 | 51 | 6 | 12 | 14 | 19 | 28 | 29 |
| O. | 29 | 30 | 27 | 37 | 41 | 43 | 44 | 46 | 33 | 50 | 48 | 51 | 59 | 19 | 63 | 26 | 35 | 22 | 69 | 32 | 38 | 40 | 45 | 54 | 55 |

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| R, r, $\pi$, c. | 26 | 27 | 28 | 29 | 30 | 31 | 32 | 33 | 34 | 35 | 36 | 37 | 38 | 39 | 40 | 41 | 42 | 43 | 44 | 45 | 46 | 47 | 48 | 49 | 50 | 51 | 52 |
| p, u. | 6 | 18 | 19 | 14 | 15 | 38 | 42 | 13 | 8 | 28 | 33 | 34 | 11 | 10 | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | — | 16 | — |
| $\gamma$. | — | — | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7et23 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | — | — | — | — | — | — | 14 | 17 | — | — | 18 | — | — |
| 2. | 31 | 13 | 21 | 27 | 32 | 34 | 40 | 39 | 43 | 46 | 47 | 48 | 50 | 52 | — | — | — | — | — | — | 5 | 16 | — | — | 23 | — | — |
| O. | 57 | 39 | 47 | 53 | 58 | 60 | 25 | 24 | 65 | 20 | 67 | 21 | 68 | 70 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 10 | 31 | 42 | 12 | 9 | 49 | 73 | 74 |

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| R, r, $\pi$, c. | 53 | 54 | 55 | 56 | 57 | 58 | ]U. | 59 | 60 | 61 | 62 | 63 | 64 | ]$\varphi$. | 65 | 66 | 67 | 68 | 69 | 70 | 71 | 72 | ]a. | 73. | |
| p, u. | — | — | — | — | — | — | | — | — | — | — | — | — | | — | — | — | — | — | — | — | — | | — | |
| $\gamma$. | — | 13 | 15 | 19 | — | 21 | | 20 | 24 | 25 | 23 | 16 | 22 | | — | — | — | — | — | — | — | — | | — | |
| 2. | — | 2 | 8 | 26 | 30 | 35 | | 36 | 37 | 42 | 44 | 10 | 53 | | — | — | — | — | — | — | — | — | | — | |
| O. | 72 | 28 | 34 | 52 | 56 | 61 | | 62 | 23 | 64 | 66 | 36 | 71 | | 7 | 8 | 11 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | | 13. | |

## II.

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 2. | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | |
| O. | 27 | 28 | 29 | 30 | 31 | 32 | 33 | 34 | 35 | 36 | 37 | 38 | 39 | 40 | 41 | 42 | 43 | 44 | 45 | 46 | 47 | 48 | 49 | 50 | |
| R, r, $\pi$, c. | 3 | 54 | 1 | 2 | 46 | 20 | 9 | 55 | 17 | — | 4 | 21 | 27 | 22 | 5 | 47 | 6 | 7 | 23 | 8 | 28 | 11 | 50 | 10 | |
| p, u. | 1 | — | 21 | 22 | — | 26 | 29 | — | 7 | — | 2 | 3 | 18 | 4 | 36 | — | 23 | 24 | 27 | 6 | 19 | 25 | — | 31 | |
| $\gamma$. | — | 13 | — | — | 14 | — | — | 15 | — | 16 | — | — | — | — | — | 17 | — | — | — | — | $\alpha'$* | — | 18 | — | |

*) Numeris Graecis indicatur melior familia. (cf. fol. 100 et 132 in Pal. 155.) Epistola 34 et ex hac et ex deteriore diversis locis exhibetur.

| | | |

Conjecturae. VV. DD.

Kim. Kimedoncius. Bentl. Bentleius. Hu. Huetius. J. Jacobsius. B. Boissonadus. Lectionem vulgatam significat ς.

---

## Index Editionum (E).

a. Aldina 1499. g. Genevensis 1606. m. Morelliana 1608. M. Meursiana 1616. sunt e. editiones veteres. o. Olearíana 1709. B. Boissonadiana 1842, quae ubi cum ceteris edd. consentit, scripsi EB.